



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Ecclesiasticorvm Vita, Moribvs, Officiis Libri Tres**

**Schevichavius, Gisbertus**

**Mogvntiae, Anno M.DC.XXI.**

Capvt XV. De Liberalitatis Proprietatibvs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42349**

quantum ventri meo satis sit. Aut diuide statim quod accepisti;  
aut si timidus dispensator es, dimitte largitorem, ut sua ipsa  
tribuat. Hinc & S. Chrys. hom. 11 in epist. ad Hebr. & habet  
dist. 42. cap. 3. Quis escamus, inquit, ab hac absurdâ euriſſam  
& diabolica & pernicioſa. Si pro nutrimento poſtulat, nihil ex-  
amines. Inquire quomodo Abraham hospitalem circuonem  
transiuntes ostendebat, Gen. 18. v. 1. Si scrutator fit etiam  
refugientes ad se, nunquam angelos hospitio receperit. Porta quoniam  
enim non putans eos angelos esse, cum reliquis repulisset, sed quo-  
niam omnes suscipiebat, suscipiebat & angelos. Non enim ex tra-  
accipientium a te retributurus est tibi Deus; sed eos voluntat  
tua, liberalitate multa, ex misericordia, ex bonitate. Haec fit  
in te omnia adipisceris bona. Seneca lib. 2. de beneficijs cap. 1. Di-  
mus libenter, cito sine villa dubitatione. Proximus est neganti  
qui dubitauit. Illud melius occupare, antequam rogeras.

## CAPUT XV.

## DE LIBERALITATIS PROPRIETATIBUS.

**D**ANDVM plenis & ambabus manibus, pinguis  
mensura, ampliter & copiosè. Nam ut ait Apostolus 2. Cor. 9. v. 6. Qui parce seminat, parcè & metet, & qui se-  
minat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. S. Ambro-  
s. lib. 1. off. cap. 30. Neminem debet pudere, si ex diuite pauper fit,  
dum largitur pauperi: quia Christus pauper factus est, cum  
effet diues, vt nos sua inopia ditaret. 2. Corinth. 8. v. 9. Deducere  
regulam quam sequamur, vt bona ratio sit exinaniti patrimonii,  
si quis pauperum famem repulit, inopiam subleuavit. Vnde &  
consilium in hoc dat Apostolus dicens ibid. v. 10. Hoc enim robu-  
tile est, ut Christum imitentini. Qui idem D. Ambros. lib. 2.  
off. cap. 28. & habetur distin. 86. cap. 19. §. Compatiamur. Hoc  
maximum, inquit, incentiuum misericordie, vt compatiamur  
alienis calamitatibus, necessitates aliorum quantum possumus,  
iuuenimus, & plus interdum quam possumus. Melius est enim pro-  
mijor-

misericordia causas prestare, vel inuidiam perpeti, quam prætendere inclem tam, vt nos aliquando in inuidiam incidi mus, qui confregerimus vas a mystica, vt captiuos redimeremus. Felix ille est animus, ait S. Leo serm. 3 de ieiunio 10. mēsi, multumque mirabilis, qui facultatum defensionem, benefaciendi amore non metuit, & daturum sibi eroganda non diffidit, à quo quid erogaret, accepit. Aristot. lib. 4. Ethic cap. 1. Attinet etiam ad hominem liberalem, vt in dando adeo exciperet, vt sibi ip̄si pauciora relinquit.

§ 2. Præcellens & heroicus liberalitatis affectus est, quo Liberalis qui religionem ineunt se suaque omnia pariter D e o mi qui Deo consecrant & largiuntur, imo propter Dei cœlestium religionis que rerum amorem & Salvatoris lui imitationem di- causa dere- uitias prorsus contemnunt. S. Ambros. lib. 1. off. c. 30. Beatus linquunt o- quidem qui dimittit omnia, & sequitur Dominum. Sed & ille minia. beatus, qui quod habet ex affectu facit. Et ibidem vt habetur di- finit. 86. cap. 16. Dominus non vult simul effundi opes, sed dis- pensari, nisi forte, vt Heliæus, qui boues suos occidit, & panit pauperes ex eo quod habuit, vt nulla cura teneretur domestica, sed relictis omnibus in disciplinam se propheticam daret, 3. Re- gum cap. 19. vi. 19. & lib. de viduis. Nemoplus tribuit, quam qui sibi nihil relinquit.

§ 3. Non ostentationis causa, sed aduersus D e v M. Exuatur & homines pietatis ergo exercēda est liberalitas, Matt. vestis cōficia 6. v. 3 Te autē faciē eleemosynā, nesciat sinistra tua, quid faciat liberalita- dextera tua, vt sit eleemosyna tua in abscondito, & pater tuus, tis. qui vider in abscondito reddet tibi. S. Amb. l. 1. o. c. 30. Nec illa perfecta est liberalitas, si astantie magis causa quam misericor- dia largiaris. Affectus tuus nomen imponit operi tuo. Quomodo à te proficitur, sic estimatur. Vides quam moralem iudicem habeas? Te consultit, quomodo opus tuum suscipiat, mentem tuam prius interrogat. Nesciat, inquit, sinistra tua, quid faciat dextera tua. Non de corpore loquitur, sed ēt ut amicus tuus, fra- ter tuus, quid facias, nesciat, ne dum hic queris mercedem iactā- tie, illig remuneratiōnis fructum amittas. Perfecta autem est li- beralitas

beralitas, vbi silentio quis tegit opus suum, & necessitatibus  
gulorum occulte subuenit, quem laudat os pauperis, & non leba  
sua Eccles. 29. v. 15. Concluse eleemosynam in corde [sive inli-  
nu] pauperis, & hac pro te exorabit ab omni malo, i.e. benefi-  
cium in sinu egeni, tanquam thesaurum in tuto & oc-  
culto loco sine villa ostentatione reconde, & illud ci-  
tra popularem laudem impetrabit liberationem ab  
mni spiritali & corporali malo.

*Male vsuro  
non tribue-  
dum benefi-  
ciuum.*

§. Prouidendum etiam ne nostra beneficentia  
cui sit detrimento. Pulchrum est bene velle, ait S. Ambro-  
sii cap. 30. & eo largiri consilio, vt pro sis, non ut noceas. Nam si  
luxurioso ad luxurie effusionem, adultero ad adulterij men-  
dem largiendum putes, non est beneficentia ista, vbi nulla sibi  
neuolentia. Officere enim istud est, non prodesse alteri: si largi-  
ris ei, qui conspiret aduersus patriam, qui congregare cupiat  
sumptu perditos, qui impugnent Ecclesiam. Non est hec proba-  
lis liberalitas si adiuues eum, qui aduersus viduam & populus  
graui decernit iurgio, aut vi aliqua possessiones eorum eripi  
conatur. Non probatur largitas, si quod alteri largitur, alteri  
quis extorqueat: si iniuste querat, & iuste dispensandum  
puit.

## C A P V T XVI.

LIBERALITAS SANCTISSIMAE TRINITATIS  
in nos munificentissimae imitatrix.

*Qua ratio-  
ne liberali-  
tas in Deo.*

Excitamenta liberalitatis Ecclesiastico viro sunt  
quamplurima. 1. quod sit Dei imitatrix, vt docet  
Saluator noster Matt. 5. v. 45. & Lu. 6. v. 35; 36. Et si enim  
liberalita, squatenus diuitiarum cupiditatem modera-  
tur, in Deo non sit, ex ea tamen & multo potiori parte,  
qua est affectus ad faciliter, prolixè, sine remuneratio-  
nis intuitu alijs benignè faciendū, maxime est in Deo;  
ipse enim ad largiendum promptissimus est & propé-  
tissimus, & quidem hilariter, copiosè, gratuito: quia  
suum